



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Specvlvm || Vitae aulicae**

**Schopper, Hartmann**

**Francof. Ad Moen., 1584**

**VD16 R 1015**

Capvt I.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70432](#)

Limis ocellis altera  
 Arrisit ecce Virginum,  
 Et ferrea pro causa side  
 Ruta virentis germinat,  
 Laurosq; monstrat innubas.  
 Quaecunq; sis pulcherrima,  
 Ex optumis sororibus  
 Nouem Dearum Virginum,  
 O omnibus beatior,  
 Rosaq; delicatior,  
 Olim Corinna, Lesbia,  
 Lygda, Neara, Cynthias  
 Præstantior, celebrior  
 Meo futuracarmine,  
 Faneto saltem, quo breui  
 Cæpium laborem finiam,  
 Longiq; dama temporis  
 Ut crebritate sarciam,  
 Rerumq; magnitudine.

CAPUT I.

ARGUMENTVM.

Magnifici vulpes & venit ad uaria Regis,  
 Vritur occulto protinus ipsa metu,  
 Scilicet & mensest, ita pectore concipit intra  
 Quilibet ex factis spemq; metumq; suis.  
**D**Vm cum suo Greunkio  
 Regis subibat atrium  
 Inuiosus Reinike,  
 Exemplò multos liuidos  
 Hostes adesse constuit.  
 Omnesq; plenos scommate

Reinike in  
 trans Regis  
 curiam in  
 numeros  
 vbiue ad  
 uerarios  
 cōspicit, &  
 clām terre  
 tur.

Tum!

Tumuliuoso colligit.  
Secumq; soluens pectore  
Recogitabat clanculum,  
Iam mortis in discrimine  
Sum constitutus ultimo.



Reinike iuxta Maronisversum,  
Spem simulat vultu,  
premit altum corde  
dolorem.

Nam perpetravi plurima,  
Qua cantus intermittere,  
Et debuisse linquere.  
Tamen premebat asperum  
Alto dolorem pectore,  
Consisus hoc solamine,  
Sibi quodipse plurimos  
Viros amicos nobiles  
In arte specter regia.  
Spes inter eis graues metus  
Hærere sentit anxiam  
Vulpeculam Greuinckius,  
Solatur atq; talibus.  
Quid ingemiscis Reinikel:

Sepo-

Sepone curas feruadas,  
Fortuna fortes adiuuat,  
Viro tremenes respuit.

Pergrata nobis maxime  
Est Gesta consolatio,

Respondet acer Reinike:

Nec immemor tam nobilis  
Post hac ero solatü.

Sic inquit, Et ciuiliter  
Pedes ante regios

Flexo genu prosternitur,

Humaniterq; lenibus

Salutat ipsum sociibus.

Hinc fatur immortalium

Rector Deorum maximus

Regi Leonis splendido

Mentem precor fortissimam

Aspiret Et iustissimam,

Vt istanunc consultius

Acutiusq; iudicet,

Quis nam sit innocentior:

Et altero conspectior,

Infida mundus pectora

Habetq; fallacissima,

Qu& singularis optimam

Virtutis Embram preferunt,

Aiuntus ignauissimi

Et nequiores sunt lupis

Rapaciores omnibus,

Sic crimen omne quilibet

Vita sua mortalium

In fronte scriptum conferat.

Tibul Au-  
daces sors-  
que Venus  
que iuuat.

Reinike  
quasi ex  
mera sim-  
plicitate  
ante regis  
pedes pro-  
cumbit.

Reinikes  
ad Regē o-  
ratio, qua  
ipsum ad re-  
cte beneq;  
iudicadum  
inducere  
conatur.  
Mūdus fal-  
lacissimus.

Non

Non res egeret testibus,  
 Tunc Rex meam cognosceret  
 (Cui si nefas diffidere)  
 Ab ipsius regis perso-  
 na captat beneuo-  
 lentiam.  
 Benignus innocentiam,  
 Sed nec quid expauescimus,  
 Num tanta Regis gratia  
 Laudatur & clementia,  
 Quod nemo vel mortalium  
 Sit iuris obseruantior:  
 Is lance iusta ponderans  
 Responsiones omnium,  
 Enum cuiq; conferet.

## COMMENTARIA.

I. Proverbiali dicitur sententia: Conscientia  
 Alios cor mille testes. Quapropter tu qui aliorum mo-  
 recturus te res ambitionis corrigere studes, tibi ipsi in pri-  
 prium i. mis ut correctionem adhibeas, facere necesse  
 pse redar. est. Nam & illic quod reprehendas, reperies,  
 gue & cor. Cum ergo te omnino culpa vacare non vide-  
 ris, indignatione aut furore apud alios paru-  
 proficies. Quamobrem excusationem tua ita  
 trutina examinabis, ne ad probandum cum  
 defecerit, maiora incidas in commoda.

II. Quod poenitentia facti salubris in vita ne-  
 penitentia cessaria fit, & quemlibet profecto errorum  
 salubris in ineptiarumq; suarū poenitere debet. Sed illa  
 vita & ne- peccati recordatio neduret in vnum aut alte-  
 cessaria o- rum diem, quemadmodum furis, quilibera-  
 nnib. est. tuis à suspedio in ipfa hora rursus furtum  
 facit. Errare quidē semel atq; iterum huma-  
 num, sed in errore perseverare, & semper post  
 factum

factum vellet penitere, id Diabolicum est, &  
rarissimè felicem habebit euentum.

Vt sapè iam dictum est, ne cuius in tribu- III.  
latione aut calamitate magna constitutus, a-  
nimum tuum penitus denudes atq; aperias.

Quod plerunque cęca volubilisq; fortuna III.  
amplissima quæq; munera non timidis aut *Fortunæ*  
ignavis, sed audacibus atque elatis conferat *audacibus*  
animis. plerunque

Quod consilio & solatio plus fido amico *faueret*.  
interdum quam pecunia gratificari atq; in- V.  
seruire possimus. Quamobrē etiam quicunq; *Cōsilia in-*  
*in rebus turbulētis vnquam solatione aliqua terdum pe-*  
*opus habuit, is quale sit in consolando offici- cunijs lögē*  
*um, agnoscit, & pro eo gratias agit quam ma- præstant.*  
*ximas. Consolandum autem esse præpoperè*  
amicos, ostendunt Tyberij Imperatoris ver- *Tiberij Im-*  
*ba. Is enim cùm Drusum filium amisisset, Ili- peratoris*  
*ensiū legatis paulò serius consolantibus, qua- Gerba.*  
fi obliterata iam doloris memoria, irridēs re-  
spondit: se vicem dolere eorū, quod egregium  
ciuem Hectorem amisissent. Sic Solon, cùm *Solon.*  
dolentem adolescentem vellet consolari, in ar-  
cem eum produxit, hortatusque est, vt per o-  
mnes subiectorum ædificiorum partes ocu-  
los circumferret. Quod vt factum animad-  
uertit: cogita nūc tecum, inquit, quam multi VI.  
luctus sub his tectis & olim fuerint, & nunc *Magistra-*  
fint & posthac sint futuri. *tus honorā*

Quod Regibus, Principibus, aliisque Mo- *dus E&G ob-*  
narchis debita sit exhibenda reuerentia. *seruandus*  
Deus enim ipse eos Deos appellat. Si igitur est.

ab

ab ipso auctore nimirum Deo, honoribus aſſociuntur, cur ab hominibus minus colantur aut obſeruentur? Adhæc parum aut nihil is impetrabit, qui coram iudice, clamando & litigando causam suam defendere aut obtine-re voluerit. Non enim modò leges & mores, ac instituta maiorum ab omnibus feruanda esse, verum etiam magistratus, vrbium principes, honorandos, eisque obtemperandum pariter, quos tanquam Heroas præstantioris animi dedit nobis Deus optimus maximus, egregiè traditum est, vt sub eorum imperio

*Ciuitas sicut* piè, sancteque & tranquillè viueremus. Imò ne pruden quod sine magistratuſ prudentia ac diligen-  
tia magi- tia ciuitas esse non possit. Quodq; eliguntur  
ſtratus con etiam, vt omnium officioruim religione ob-  
ſistere non stringantur, igitur ab omnibus honorandi  
potest.

*Buturius* plicio, quia de via non decesserat (vt moris e-  
quare ſup rat. Trib. Plebis in foro deabulanti. Paruitq;  
plicio affeſſori Fabius cùm filium consulem obuium  
dus fuerit. habuiffet, ex equo iussus descendere, ipsumq;  
*Fabius.*

magnopere collaudauit, quod Imperium po-  
puli Romani nō indecorè retinuerit, nec pa-  
tri etiam pepercere. Et plus quod nostri hac  
de re cæcum postulare prohibent. Quia ma-  
gistratum intueri non potest, ipsumq; reue-  
reri vt decet, his verbis. Cæcum vtrisq; lumi-

nibus orbatum Prætor repellit, quod insignia  
Magistratus videre & reuereri non possit. Et  
certè qui magistratum venerari nescit aut  
non curat, is se facile in quodlibet facinus

pro

*Cacus ad  
Prætorem  
non admittitur.*